

398.

Urkunde des Thomasklosters über den Verkauf einer Pröbende.

[Leipzig], 1357 Apr. 23.

Hdschr.: Or. Perg. Universitätsbibliothek Leipzig (aus dem Vorderdeckel von Cod. 792 gelöstes Blatt).

Ann.: Die Schrift nimmt nur die obere Hälfte des 15 Centimeter hohen Blattes ein, auf dem also ziemlich breiten unteren Rande finden sich aber keine Einschnitte für die SS.; die Urk. ist daher vielleicht gar nicht vollzogen worden. 5

Nos Nicolaus dei gracia prepositus, Joh[annes] prior totusque conventus canonicorum regularium monasterii sancti Thome apostoli in Lipzk | notum esse volumus auribus singulorum ad quos pervenerit continencia subscriptorum, quod Martinus cognatus] Thome | de Ragacz prebendarii nostri unam prebendam sicut dominis in conventu ministrari solet, specialiter tamen singulis diebus | tres panes, die autem jejunii duos, sibi 10 vel saltem sue familie libere et tranquille *vite^a) sue temporibus percipiendam cum comodo in quo jam habitant predictus Thomas cum sua uxore Bernardina, cum ignibilibus et reparacione edificiorum que expediunt, pabulum duabus vaccis ad tempus cum uno gallo et viii^o gallinis, justa empcione pro xii^{cim} sexagenis grossorum comparavit, ita quod civibus pro et comodo predictus Martinus nichil tenebitur pendere, quia quan- 15 tum ad hoc promittimus ipsum protegere et defensare; hoc eciam addito, quod prefatus Martinus de suis bonis tam in vita quam post vitam suam quibuscunque voluerit disponere poterit et ordinare. Ceterum plenam fraternitatem in vita pariter et in morte seu participacionem missarum vigiliarum oracionum devocionum elemosinarum ceterorumque piorum exerciciorum intra vel extra nobiscum contingencium domino cooperante eidem 20 Martino presenti[bus] elargimur. In quorum evidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini m^occc^olvii^o dominica misericordia domini.

399.

Urkunde des Thomasklosters über den Verkauf einer Pröbende an Gertrud von Seifertshain.

[XIV. Jahrh.] 25

Hdschr.: Or. Perg. Universitätsbibliothek Leipzig (in den Vorderdeckel von Cod. 792 eingeklebt gewesenes Blatt).

Ann.: Der Schluß nach patentem literam ist weggeschnitten.

Nos Nycolaus dei gracia prepositus canonicorum regularium monasterii sancti Thome in Lipezk, Mychahel prior totumque | capitulum ibidem tenore presencium publice recognoscimus et constare volumus universis, quod honeste puelle Ger|drudi de Syphirez- 30 hayn unam prebendam conswetam cum una domo sita in platea castri prope nostrum allo|diam pro xviii sexagenis grossorum precisorum vendidimus ad sue vite tempora habendam et pacifice possidendam, tali addita condicione quod predicte Gerdrudi tres panes quolibet die et pabulum ad duas vaccas pascendas et ligna ad suam necessitatem